



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Quædam enixa filium mortuum, vbi Deo se commendauit, vouens peregrinationem Tungros, subito infans, vita recepta baptisatus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

QUIDAM MERITIS B. VIRGINIS
ab incurabili malo liberatus, cum se duosque filios
qui exanimis in hanc lucem ediri erant, eodem
deum deuouisset, protinus vitam cum
baptismi gratia rece-
perunt.

CAPVT XXXIII.

ANno 1598. duodecimo die Martii
Iacobus à Campis Bliquiaci agens
incurabili malo, meritis & interuentu fan-
tæ Virginis Tungrensis liberatus est. Quod
cùm se peregrinum deuouisset cum duobus
liberis, qui gemini & eodem partu eiectione
tui fuerant, vita & baptismi beneficio per-
sunt.

QUÆDAM ENIXA FILIUM MOR-
tuum, ubi Deo se commendauit, uouens pere-
grinationem Tungros, subito infans,
vita recepta, baptizatus
est.

CAPVT XXXIV.

EIusdem anni, iam dicti mensis. die decimo
quarto, Francisca Grandis, uxor
iuidam cui cognomen tum à Quercu, mortuum
lium mortuum, Deo se commendauit, uouens

uens peregrinationem Tungros. statimque puer vixit, & à Pastore loci Ioanne Blondellio, qui miraculum hoc litteris suis & manuali signo contestatus est, fuit baptisatus.

QV AED AM ALIA MVLIER FOETUM mortuum enixa, proprio eius pastore, Virginem salutante coram sua imagine, protinus factus vitam & baptismum recepit.

CAPVT XXXV.

Eiusdem anni die lunij vigesimo quarto in peruigileo S. Ioannis Baptistæ Maria à Vinea Iuliani Brumberti coniux grauiter laborans, nominato Ioanni Blondellio, qui ad visendam eam consolandamque venerat, declarauit se à quinq; vel circiter mensibus pregnantem esse. Obstetricem accersiri iussit pastor, qua præsente, illa infantem perexiguum, & vita carentem produxit. Pastor orat canitque Antiphonam, Salue Regina, coram beatæ Virginis imagine, & nulla ferè mora interposita puerulus vitam accepit & à Pastore baptisatus ad duas horas superuixit. Quin etiam mater ipsa non nihil conualescere visa est sed præ gaudio fortassis quod viuum filiolum nosset, aut certè ex occultiore causa in nouam febrim incidit, ex qua sensu & intellectu

vigens